Aº 150.

328/

Andr: Dudithij Epistola ad
Metellum Sequanum
Coloniam

Languetus V.C. quem ego plurimi, ut debeo, facio, et valdè amo, cum tibi commentarium meum de conjugio laudavit, benevolentiae erga me suae plusculum indulsit, judicio suo illo perspicaci, quo valet plurimum, d. et usq. Non equidem eo inficias, seriò me in illud argumentum incubuisse, ac cum priore libro causas matrimonii mei explicassem; in altero non mediocri diligentiâ ostendere conatum fuisse contra naturae et Dei legem, atque adeò veteris Ecclesiae sanctiones, initiatos sacris, à conjugio repelli. sed ab aliis viris doctis melius haec et fusius disputata sunt. Quare quod ego ad privatam meam defensionem conscripseram, ut hero meo, Divo Maximiliano Caesari Optimo Maximo causam meam et facti mei rationes probarem, simulque obtrectatoribus obviam irem, nihil necesse fuit, id in manus hominum emittere ac typis mandare. Satis ineptiarum et plus satis provolat ex officinis. Huc accedit quod prudentissimus Imperator, quem modo nominavi, scriptis ad me literis, vetuit, ne pervulgarem, ne inquit; et tibi ipsi et nobis negotium facesses. Et sane si in lucem prodiisset liber, in quo priore, praeter alia, facies Concilii illius sacro sancti sc: atque oecumenici suis coloribus depingebatur, nunquam equidem conquievissem. Crabrones enim illos vestros irritassem, quibus nihil est aculeatius. Noli igitur, ut nugas illas meas, quae tamen minimè de nugis agunt, in bibliothecis requiras. In tenebris jacent et tineas muresque pascunt. 8 Maji Aº 1580

Andr. Dudithius Cl. Viro Dn. Christof Hedetiano. 329/

Clariss. et Excellentiss. Vir. Dne ac Amice honorande.
Pro mea ingenita quadam erga viros magnos propensione
jam à multis annis te non mediocriter et amo et colo
et suspicio. Nam qualis quantusque vir esses, tum ex Mon...
sermonibus eorum qui te norunt tum ex clarissimis Tui ingenii
monumentis, singularem pietatem, prudentiam, etiam conditis
perspexi. Accessit etiam nulla ~~tuae~~ voluntatis in
me tuae gratio, quam in Epistolis ad amicos dedisti, cum

me amanter salutares, quod tum antea et alias
etiam nuper semel atque iterum ad amicissimum tuum praeter
Caeterum cupidissimum hic eum dominum Monarium facere volo.
isti. Quod officium genus beneficio quoque cumulare
tibi placuit, cum ad quaestionem, quae mihi a quibusdam pro
nenda videbatur, tam humaniter respondere non
es gravatus; de quo tibi magnam gratiam habeo,
et rogo ut rem eam diligentius adhuc in eam inquiras.
Quae quidem quaestio non videtur integre tibi proposita fuisse.
Ea duplex est. Prima quidem: Num Helveticis Ecclesiis addicto
liceat ad Lutheranorum synagogas atque ad sacram coenam accedere
de bona conscientia. Altera, num id sibi jam licere putet,
de bono conscientia. Altera, num id sibi jam licere putet,
qui dissimulata fidei suae confessione facere fas sit. Non enim
dest dubitandum, si sententiam suam ipse ferat, quin
a communicatione rejiciat: Cum tota Ecclesia, cujus
se is membrum profitetur publice et scripto et verbo ei
ius devoveat atque excommunicet. Absurdum autem videtur quo-
modo cum iis communicare, qui tales [illegible] excommunicatis
et ἀρτολάτρας, in impiis in blasphemis in nefandis
haereticis numerantur, ac cum Christi hostibus aequa digni
sunt. Quae causa adduci possit ut ea ne omnino
[illegible]. Quod autem coenam accedendum videatur, in numerato tibi sit,
ad coenam accedendum videatur, in numerato tibi sit,
hoc ipso et harum ... quaeso. Quare
eas et enumerabo, haec tum adtingam, non ab re in singulis
sacri administratione, et doctrina ipsam, et ritus depravatos,
cum rerum quoque non tricarum accessione ingratos video: At
praecipue ministerii hi tum partes sunt, quin verum
ecclesiam nostras esse volunt iis, quae omnia ad Christi et Apostolorum
ejus doctrinam et exempla et ad horum auctoritatem revocanda
da censent, neque alio fundamento inaedificanda esse Eccle-
siam Christi volunt. At doctrina quidem ipsam quam a veri-
tate abhorreat, qui Christo quodlibet potius aliud quam huma-
num corpus ac naturam affingit, ac quasi Vertumnum aliquem in alie-
nam induxit, tum unus omnium optime ac doctissime demonstravit.
Ritus vero

Ritus vero multa habent aliena, et haud scio, an aequis animis ferenda; quid n. obsecro sibi vult procubitus ille coram Ministro in genua, delictorum confessio, absolutionis petitio, peccatorum condonatio cum manuum capiti impositione? deinde accessio ad altare, ad campanulae sonitum genuum in terram positio? orbicularis crustula vel corporis Christi manducatio oralis atque adoratio, candelae meridie lucentes, et quae sunt generis ejusdem alia? Haec attente consideranti non nulla de causa dubitatio incidere possit, rectene faciat, si ab illa Ecclesia, cujus se membrum professus sit, in qua haec absint, ad hunc coetum tanquam ad hostium castra transfugiat. Illa secunda quaestio de dissimulatione Nicodemi aliorumque exemplo omni prorsus examine indigna videtur. Nam ut aperte fidem confessionemque abnegare impium est, et in Deum nostrum contumeliosum est, ita non desunt rationes, quam ob rem aliquando tegenda sit sententia, cujus professio majorem offensionem quam fructum ferre saepe solita sit. Quod si fieri posse concludat, statim subjiciat aliquis, male cautos fuisse et esse multos, qui se carceribus includi, magnis incommodis, morte denique affici maluerunt, quam dissimulatione sibi vitae suae consulere. Scribis tu quidem in eleganti et docta ad Monach epistola praeclare quaedam, ex quibus harum quaestionum peti solutio posse videatur, verum quaedam molli brachio attingis. Est, ubi etiam subdubitare nonnihil videare. Illud certe quod dicis, non esse privatorum hominum receptos errores ac ritus mutare, non est in quaestione. Nam ut id ad Mystas pertineat, non propterea non mandatum est privatis, ut ab omni mali specie abstineant, ut idola fugiant, ut Deo potius quam hominibus obtemperandum sibi esse existiment, ut nihil innovent, nihil addant, nihil minuant, nec cum Dei sapientia contendisse videantur; Quod ad Christi quidem atque aliorum, quos commemoras, ~~sanctorum~~ exempla attinet, amplius quaerendum videatur, num haec in hac controversia definienda momentum habeant, cum longe diversa Judaicae Ecclesiae ratio fuerit, atque Christianorum, qui hodie sic vocantur, et est in personis quoque quarum exempla inducuntur, si cum nostris comparentur, non parva dissimilitudo. Ac ut caetera praeteream, ne longus sim, una illa tunc fuit Ecclesia, unus idemque ritus, unum etiam templum,

non ullum usquam aliud, ad quod Dei populus respicere necesse habebat. Hoc verò tempore nulla est una certo aliquo loco Ecclesia constituta, in qua nos necessariò esse oporteat, quomodo cum illa administretur. Sunt aliæ aliis magis ab erroribus repurgatæ et ad Dei verbum conformatæ, ad hac nobis potius conveniendum esse et fugiendos errores monent illa ipsa exempla, quæ adduxisti. Nam post doctrinam et ritus à fermento Pharisaico repurgatos Christi beneficio, post paschatis opera Josiæ restitutionem existimo temporibus illis non licuisse cuiquam, sine gravi delicto ad veteres errores redire, atque (: ut sic loquar :) inventis frugibus glandium adhuc usum obstinatè retinere. Sic ni fallor, culpa non vacabit, qui doctrinæ ac rituum erroribus fœdatam Ecclesiam aliquam ei anteponendam censuerit, quæ ad Christi normam hæc omnia direxit, et expolivit, ac puriora effecit. Illud quoque, quod ex Paralipomenis affers, vereor ne accidentis elenchus dici queat. Et certè non ideò hæc talia in Sacris S. literarum monumentis consignata sunt, ut errata imitemur, sed ut ea fugiamus et Dei misericordiam eadem opera contemplemur, qui imbecillitati ac delictis humanis veniam det. Errasse autem eos, vel Ezechiæ deprecatio ostendere potest. Quod de iis, qui rectò sunt corde additur, nescio an ad eos transferri potest, qui data opera et scientes non imprudenter errant, si tamen hic, de quo disputamus, error est. Illi nesciebant se errare, eorum igitur ignorantiam Deus excusatam habet pro misericordia sua. Nunc hac doctrina pugnantibus doctorum hominum scriptis exagitata, quis ignorantiam prætendere queat? deinde quod conscientiam attinet, hoc sanè non videt certa eorum, quæ ad fidem pertinent, norma esse debere. Non n. verbum Dei, ad conscientiam, sed hæc potius ad illud est dirigendum, et conformandum, alioqui multi impii, multi superstitiosi, in omnibus religionibus excusationem mererentur. Sed hæc pluribus, quam constitueram, persecutus sum. De quibus quidem quæstionibus, ut ad summum illum virum Ambrosium Wolffium, qui tibi plurimum debet, referas, ejusque sententiam exquiras, nobisque perscribas, vide peto. Vale Vir præstantiss: meque mutuò ama. Uratislæ 14. Julij 1580.

Ex. V. addictus et integer Amicus

Peregrinus.